



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Med. II. De Fide Religiosi vel Sacerdotis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

bus, turpibus, & noxijs voluptatibus, honoribus, divitiasque consequendis adhiberi; an ergo patieris filios facili pro-  
videntiores esse filijs lucis? an nou illud à virtute tibi cum  
S. August. dictum putabis: *Potuerunt isti Christi, & tu non  
poteris?* Colloquium ad Christum Magistrum omniam vis-  
tutum, pere à Deo in discipulum suscipi.

Pro tertia Die.

## MEDITATIO II.

### DE FIDE RELIGIOSI, VEL SACEL- DOTIS.

#### Punctum I.

Considera I. Sicut fides circa eos articulos, quos Ecclesia credendos proponit, communiter & recte fundamen-  
tum esse dicitur Christianæ perfectionis, ita in Religioso quo-  
que, vel Clericali statu, sicut major requiritur perfectio, n-  
perfectius quoque fundamentum, id est, fidem perfectiores  
requiri, de qua verissimè pronuntiari potest illud S. Paulus  
Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo:* Unde S. The-  
resa dixisse fertur, omnes defectus Religiorum ex veni-  
tibus fidei non satis penetratis ori.

Considera II. Quatuor potissimum veritates esse, cina-  
quas credendas Religiosi vel Sacerdotis fides maximè occu-  
pari debet. Prima est, quod Deus sit ubique, juxta illud ad  
47.. *Non longè est ab unoquoque nostrum, in ipso enim cur-  
sum, movemur, & sumus.* Secunda est, quod nihil non  
accidat sine Dei voluntate, juxta illud Eccl. 17. *Bona, & ma-  
la, vita & mors, Paupertas & honestas à Deo sunt.* Terti-  
a est, Quod Deus solus infinito modo contineat omnem  
bonitatem, quam in rebus creatis apperere possumus, jux-  
ta illud Jerem. 2. *Me dereliquerunt fontem aquae vive.* Qua-  
ta est, Quod omnia, quæ proximo nostro facimus, sibi faci-  
re reputet Deus, juxta illud Matt. 25. *Quamidu fecisti uni ei  
minimis, meis, mihi fecisti.*

Considera III. Quomodo & quam firmiter tu has ve-  
ritates haec tenus animo impresseris, crediderisque, an non ei-  
defici-

defectu hujsus fundamenti tam parum haec tenus in perfectio-  
ne profeceris. Colloquium ad SS. PP.

## Punctum II.

Considera I. Quos fructus tibi merito polliceri possis, si  
predicas veritates memorie, animoque firmiter impressio-  
nis, & juxta eas deinceps te tuasque actiones ordinaveris,  
quod nimirum perinde ut orbis prius tenebris immersus ad  
solis adventum totus quodammodo reviviscere, & renovari  
videtur, ita & tu similem effectum sperare possis, si splendi-  
dissimum fidei hujus lumen animo tuo illuxerit. In specie  
vero quatuor effectus producet similes ijs, quos sol materia-  
lis splendore suo ac luce efficiere solet; Primus est, quod;  
scut lucis fugae aves sole orto fugiunt, ita fides de presentia  
Dei omnia peccata (quæ nocte amant) fugabit; si enim,  
ut Seneca dicere ausus est magna peccatorum pars tollitur,  
si peccaturis tellis assistat; an non rectius dicetur: tota pec-  
catorum caterva tollitur, si peccaturis Deus assistat? Secun-  
dus effectus est, quod, sicut sole adveniente spectra fugiunt,  
in fides, quam creditur, omnia nobis ex voluntate Dei acci-  
dere, omnem malorum timorem fugabit; hinc prov. 12.  
spiritus S. ipse testatur: Non contristabis justum, quidquid  
acciderit. Tertius est, quod, sicut sole adveniente homi-  
nes somnum excutiunt, & operari incipiunt, ita fides, quam  
creditur, omnia Deo fieri, quæ proximo sunt, somnum acci-  
derit & languoris in salute propria & aliena procuranda fuga-  
bit, atque ad labores maximos in vinea Domini suscipien-  
dos animabit. Tunc nimirum dicetur, Hora est iam nos de-  
fensione surgere, abjecimus opera tenebrarum, & induamur  
ad lucis Sc. ad Rom. 13. Quartus est, Quod, sicut sole  
adveniente terra optimos quoque fructus, & flores pulcher-  
timos producit, ita fides quoque, quam creditur, Deum so-  
lam vere bonum esse, præstantissimas quasque virtutes in  
anima generabit, nam rectè S. Greg. in Ezech. dixit: Non  
virtus venit ad fidem, sed fide pertinet ad virtutem.

Considera II. Quam præclari sint hi effectus, & quam  
oprandi cuivis quidem Religioso vel Sacerdoti, sed ei maxi-  
mè, qui haec tenus in nocte imperfectionum & peccatorum  
ver-

versatus, somno languoris potissimum vita sua partem impedit.

Considera III. Cum in tua potestate sit efficere, ut lumine istud fidei animo tuo oriatur, an non aequissimum sit, si quam celerimè illud oriri facias, caveasque, ne deinceps unquam occidat tibi, sed dictos effectus constantissime producat. Colloq. ad B. V, quæ in fide semper constans manxit.

### Punctum III.

Considera II. Quibus mediis efficere possis, ut supra scriptam fidei virtutem tantorum bonorum radicem, sine insigni quodam augmento obtineas. Præter aliam maximè conducere arbitror. Primum est, ut saepius hanc virtutem à Deo petas, clamésque cum Apostolis; *Dominus adauge nobis fidem.* Secundum est, ut saepius pro meditationum prædictas quatuor veritates eligas, & eam vivi & efficaciam bene apprehendere coneris. Tertium est, in ipsa praxi frequenter has veritates adhibeas, ad actiones tuas ordinandas, v. g. si actionem periculosa suscipis, prius actum fidei de praesentia Dei elicias; si cum proximo agendum est, prius tibi imagineris Christum à te illam actionem, velut sibi exhibendam exigere; proderit ad hunc finem etiam particularē per aliquod tempus usurpare.

Considera II. Quam salutaria simul & facilita sit hanc media ad insignem profectum in dictæ virtutis studio fundendum.

Considera III. Quomodo tu hactenus ea adhibueris, certè adhibere deinceps velis. Colloq. ad Christum, Deum Patrem, &c.

### Pro tertia Die.

#### CONSIDERATIO

#### *PRO PACE ANIMI PROCURANDA*

### Punctum I.

Perpende I. In quo consistat vera pax animi, id ut cognitas, scito duplicem esse pacem animi, veram scilicet, & fa-

sum. De falsa Thomas de Kemp. l. 3. c. 25. locutus est, dum dixit: Non existimes, te veram pacem invenisse; si nullam inferis gravitatem, nec tunc totum esse bonum, si neminem patet adversarium, nec hoc esse perfectum, si cuncta sunt secundum affectum tuum: neque tunc aliquid magni te ferre reputes, aut specialiter dilectum existimes, si in magna fætis devotione, atque dulcedine &c. De vera pace locuti Angeli Lucæ 2. dum ecclinerunt: Et in terra pax hominum bona voluntatis; item Christus Joan. 14. dicens: Pax relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo muniamur, ego do vobis: Confistit ergo hæc pax in eo, ut animus nullo inordinato affectu, aut passione, qui sunt quasi hostes animæ tuæ, turbetur.

## Punctum II.

Perpende II. A quibus rebus vel affectibus pax animi tui lastenus fuerit turbata, & quomodo occurrerent sit; ni fallor, invenies, quatuor præcipue rebus esse turbatam. Prima est *culpa mordens*, ob quam inordinatè angebaris. Occurre 1. recordando, Deum, si ex fragilitate corrucas, compati potius, quâm indignari, sicut solet Mater, quando Filiū ex morbo convalescentem relabi videt: 2. Sequere morem B. Aloysij, qui, si deliquisse se aliquid cognoscebat, non nimia tristitia contrahebat animum, sed semel ad Dei pedes abjiciens, séque confessione expiatum decernens, animoque dolens acquiescebat, dicere etiam solitus, nimium de levibus & quotidianis erratis affligi, indicium esse hominis semet ignorantis, qui enim se nōrit, non posse esse ne scium, hortum suum tribulorum, ac spinarum suapè spontè feracem esse. 3. Imitare pueros generosæ indolis, qui à fortiori prostrati mox surgunt, & audacius contra eum insurgunt, non sine recreatione & voluptate insigni aspicientium, licet denuo prosterantur.

Secunda res pacem turbans est, *cura pungens*, maximè ex negotijs aut officijs contracta; Occurre 1. & S. Ignatium imitare, qui noctu ante somnum negotia sequentis diei ordinabat; hinc valde pacificè eademi postero die transigebat; 2. Non plura negotia suscipe, quâm spectatis viribus commode perficere possis. 3. Præsentis negotio totum te impende

pende, occinens tibi vetus illud: *Hoc agit: sic præmio  
rum te operum nunquam pænitentibus, & de futuris bene spo-  
randum erit.* 4. Ceterò tibi persuade, fieri quidem posse, ut  
negotium suscepsum tuo aliorumque gustui contrarium erit  
tum sortiatur, nunquam tamen fieri posse, ut DEO non pos-  
betur, si, quod in tuis fuerit viribus egeris.

Tertia est affectio vigens, ut S. Jacobus c. 4. moneret dicere:  
*Vnde bella & lites in Vobis? nunquid hinc ex concupi-  
siis, qua militant in membris vestris?* Ergo occurre 1. af-  
fectum tuum totum in DEUM transferendo, qui si omnia  
in DEO possidebis, desinēsque alia extra DEUM concupi-  
re, & malè habere. 2. Bene perpende, quod sapienter Thom-  
as de Kemp. l. 3. c. 27. advertit, dicens: *Iuvat non qui-  
bet res adepta, vel multiplicata exterius, sed potius con-  
cepta, & decisa ex corde radicitus.* Ergo tene breve &  
summatum Verbum, dimittit omnia, & invenies omnia.  
In quo cupidinem, & invenies requiem, ut idem Author  
l. 3. c. 32. ait.

Quarta est, *Afflictio torquens*, sive à DEO probante, sive  
à Dæmonie insidiante, sive ab homine persequente inimico  
occurre 1. Omnia accipiendo & aspiciendo ut beneficia spe-  
cialia, ut argumenta, quibus de profectu tuo in Virtute fac-  
periculum. Cogita, afflictiones esse similes imaginibus de-  
plicatis ex una parte DEUM, ex altera Dæmonem referen-  
bus, quas, à quo latere aspicias, non parum refert, ad vanis  
in te affectus conciliandos. 2. Da operam, ut te sincerè  
detis, quia sic omnem te affligentem inter Amicos potius  
Benefactores, quam inimicos numerabis, quia in hoste tua  
persequendo te juvat. 3. Stude crescere in amore DEI, &  
incipies fitire tribulationes, & si quis calicem ijs referat  
offerat, gaudebis potius, & gésque gratias, quam tristitia  
accipies.

### Punctum III:

Perpende, quanto studio hanc quærere debetas pacem. I  
Quia alioqui Christus tecum non habitabit, cum in pace fe-  
stus sit locus ejus. Psal. 75.

2. Quia nihil a quæ necessarium utilè quæ est ad spiritua-  
les divitias Virtutum, meritorumque cælestium augenda  
cum bellorum tempore pauci dite sunt.

j. Qu

3. Quia si pace civili nihil hominibus opatus, jucun-  
dusque accidit, multò majorem meritò lætitiam & volu-  
tatem à pace interna animi sperare licebit; certè si gaudium  
in hoc Mundo, hoc utique possidet puri (& quieti) cordis  
somo, & si alicubi est tribulatio & angustia, hoc melius no-  
rit mala conscientia, inquit Thomas de Kemp. l. 2. c. 4.

## Pro III. Die.

## M E D I T A T I O III.

DE S P E R E L I G I O S I , V E L  
S A C E R D O T I S .

## Punctum I.

Considera I. Diabolum duobus potissimum modis impe-  
dire Religiosos, ne magna aggrediantur opera ad suam,  
proximique salutem promovandam, scilicet pusillanimitate  
et timore, illà conatur efficere, ut se non posse magna arbitren-  
tur operari; hoc verò efficere studet, ut non velint aggredi,  
et posse se non diffidant.

Considera II. Contra geminam hanc tentationem Reli-  
giose aut Sacerdoti velut tutissimum scutum spem Apostoli-  
cum offerri, quæ in duobus potissimum capitibus consistit,  
videlicet, ut certò sibi persuadeant, DEUM copiosa illis au-  
talia ad omnes statui ac vocationi ipsorum convenientes  
unctiones largitur, & amplissimam præterea pro mini-  
mo etiam labore mercedem oblaturum; his enim duobus ini-  
cijs haud difficuler ab omni pusillanimitate tædiisque li-  
berabitur.

Considera III. An non & tu hactenus suprà dicta duo im-  
pedimenta senseris, in tuæ alienæque salutis ac perfectionis  
studio promovendo, & quomodo deinceps ea per spem Apo-  
stolicam paulò antè explicatam removere velis. Colloqui-  
um ad SS. Patronos.

## Punctum II.

Considera I. Quantos fructus polliceri sibi possit Reli-  
giose, vel Sacerdos, si firmam de gratia vocationis, præ-  
dictioque sibi promisso spem conceperit; Eos breviter DEUS  
ipse